

1729.

1. Beckius, Caspar Sebastianus : De oppugnatione servitutum episcopali usu communi et Borussiae.
2. Beckius, Caspar Sebastianus, Fac. jur. prodecaus : Programma, Michaelis Valtzei inaug. Disputationi : De oppugnatione servitutum praemissarum
- 3<sup>ae</sup> Beckius, Caspar Sebastianus : De potestate et jure ditione principum, speciatimque S. R. imperii, in Liberos.
4. Beckius, Caspar Sebastianus, Fac. jur. prodecaus : Programma Caroli Augusti Faberii inaug. Disputationi : De potestate et jure ditione principum, speciatimque S. R. imperii in Liberos praemissum.
5. Beckius, Casp. Sebastianus : De emendatione juris Romanii in quibusdam causis successivis.
6. Beckius, Caspar Sebastianus : Programma, Georgii Daniclii Mulleri . . . Disputationi : De pactis rem efficien-  
tibus, praemissum.

1749.

7. Beckius, Casp. Sebastianus: De periculo nominis pupillaris.  
Laris.
8. Beckius, Casp. Sebastianus, Facult. jur. prom. decanus:  
Programma, Ulrici Thomae Pestmanni - - - - -  
juris Disputationi: De periculo nominis pupillaris,  
praemissum.
9. Beckius, Casp. Sebastianus, Fac. jur. decanus:  
Programma, Pauli Adami Alschheimeri - - - - -  
juris Disputationi: de quibusdam collegiorum jurisdic-  
tionum Discussionibus, praemissum.
10. Breidenbach, Henricus: Dissertationis philosophicae: De  
certitudine cum principis suis proposita.
11. Bruchnerus, W. Ch. Hieronymus: Fac. jur. decanus:  
Programma inaugurale (actui publico Christiani Augusti  
Henrici Heydenreichii praemissum).
12. Brunnquellus, Jo. Adam: Prolesis academica: De variis  
veterum legibus suis sanctitatem auctori Latentique  
Coesliandi nostri veritatem compendi Lamborbachianis  
- - - praemissa.

1729.

13. Brünnequellus, Joan. Salom: De acquisitione domini ex lege  
sen, quae fit ipso jure.
14. Breddeus, Joan. + Franciscus, theol. D. et P.: . . .  
Comitibus Henrico III, junioris lineae Ruthenus, . . .  
atque et Rodolpho Friderico, Comiti Linariae dynastiae  
. . . ob egregiam ingenii et eruditionis speciem,  
quo litterarum studiis in hac academia . . . per-  
tractatis finem impulerunt, gratulatur.
15. Henricus VI. jun. Lin. Ruthenus, Comes ac dominus  
Ploviae etc.: De iurisperito per procuratorem  
in causis privatis, imperii & publicis et lite-  
rarum gentium.
16. Hoffmannus, Tub. Tubus: De hypotheca novissima  
ejusque effecta.
17. et Linus, Rodolphus Fridericus, Comes, de: De iuris ju-  
randi calumniae moralitate, historia, principumque  
imperii ab illo immunitate. 2. exempl.

1729.

18. Schroederus, Christianus, De autoritate domus,  
que consensum in alienando vel onerando fundo recipi-  
cienda.
19. Schroederus, Johannes Christianus, Fac. jur. prodecaus :  
Programme, Johannis Rauri Hagui Disputationi in aeq.  
..... praevisum
20. Schroederus, Dr. Christ. : De eo, quod circa facta univers-  
s, latum licita justum est
21. Schroederus, Dr. Christianus, Fac. jur. prodecaus : De  
universitate herede. Programme in aeq. (actui disputationi  
Johanni Caspari Heimbürgi praevisum)
22. Schroederus, Dr. Christ. : Problema juris ecclesiastici :  
An stipendium familiae ei sit concedendum, qui ab  
praerogativa alterius, und Insanti, tunc annis a ca  
Senilis consequi haud potest ?



1729.

23. Schroeterus, Dr. Christ. : *De pactis et affixen-*  
*tibus.*

24. Schroeterus, Dr. Christ. : *De quibusdam collegiorum*  
*juridicorum notabilitatibus discussibus.*

25. Stolle, Godwin : *De vita eremitica*

26. Sturmus, Burcardo Grottelppin : *De praescriptione*  
*jurisdictionis territorialis.*





3

O

B. 191.

GV

DVC

DN

IV



2  
1729, 24 6.  
26  
DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA  
SISTENS

QVOSDAM COLLEGIO.  
RVM IURIDICORVM NOTA-  
BILES DISSENSVS

*Quam*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE, AC DOMINO,  
DOMINO

GVILIELMO HENRICO,  
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, AN-  
GARIAE, WESTPHALIAE, RELIQA,

PRAESIDE

DN. JO. CHRIST. SCHROETERO

DOCTORE IURIVM, ET PROFESSORE PVBLICO, CVRIAE  
PROVINCIALIS ATQVE SCABINATVS, NEC NON  
FACVLTATIS IURIDICAE ADSESSORE

PATRONO ET PROMOTORE SVO DEVENERANDO

PRO LICENTIA

PVBLICAE CENSURAE SVBMITTIT

PAVL. ADAM. VLSENHEIMER.

FRANCO - MARCKEIMERSHEIMENSIS.

---

DIE XXX. IVLII M DCC XXIX.

LOCO, HORISQVE ANTE ET POST MERIDIEM  
CONSVETIS

---

JENAE EX OFFICINA MVLLERIANA.





PRÆFATIO.



**Q**uodsi Doctores  
in Academiis au-  
ditores suos ad  
iplos legum fon-  
tes semper addu-  
cerent, Jurium  
studiosi vero, qui, addiscendæ ju-  
risprudentiæ causa, in illis versan-  
tur,

tur, non ex paludibus commen-  
 tatorum vel recepto aliquo juris  
 compendio sapere vellent, sed ad  
 ipsos jurisprudentiæ fontes, juris  
 nimirum civilis & Canonici Cor-  
 pus recurrerent, sibi que jurium a-  
 nalogiam cognitam perspectamque  
 redderent, ipsa forensis Jurispru-  
 dentia tam variis opinionum invo-  
 lucris & Collegiorum Juridicorum  
 dissensibus lacerata non reperire-  
 tur. Optimus sane isque innocens  
 Jurisprudentiæ status erat, cum  
 causarum controversarum decisio-  
 nes adhuc ex solis legibus pete-  
 rentur, ast, postquam iudices pa-  
 riter atque causarum patroni Glos-  
 sæ auctoritatem coeco venerati  
 sunt obsequio, postquam commu-  
 nes



nes Doctorum opiniones atque  
sententias analogiæ juris prætule-  
runt, imo, postquam Jcti præju-  
dicatorum præjudicio laborare coe-  
perunt, & non tam, quid Romæ  
judicari debeat, sed quam quid an-  
tea judicatum fuerit, perpenden-  
dum sibi esse crediderunt, aliam pla-  
ne Jurisprudencia etiam induit fa-  
ciem, & cum antea satis certa fue-  
rit, nunc incerta atque dubia red-  
dita, & salus ac felicitas civium,  
non amplius legum dispositioni sed  
inconstantis judicis arbitrio subja-  
cere coepit, inde etiam tot Docto-  
rum diversæ opiniones Collegio-  
rumque Juridicorum dissensus ori-  
ginem suam traxerunt, de quibus  
Gothofredus Warlef Heluetus: *De*

*abbrevianda lite & reformanda jurisprudentia*, Dn. Griebnerus in dissertatione: *De jure incerto ex dubia legum, quibus utimur, auctoritate oriundo*, aliique graviter & non absque ratione conqueruntur. Quæ cum ita sint, optime forensi Jurisprudentiæ illi mihi consulere videntur, qui Collegiorum Juridicorum dissensus, ut Rivinus, Barthius aliique fecerunt, colligunt publicique juris illos faciunt, quo causarum patroni, quænam hujus vel illius Collegii sit sententia, videre, ac in termino inrotulationis, uti practici vocant, contra illud Collegium, quod proposito suo contrariam fovet sententiam, debito modo excipere possint; Et hujus rei  
uti-

utilitas etiam me permovet, ut, specimen inauguralis loco, quosdam dissensus Collegiorum Juridicorum maxime notabiles proponerem, illiusque sententiæ, quam veriorem existimavi, defensionem publice in me susciperem. Cæterum, si tuis B. L. haud ex assè respondere quiverim votis, ea qua par est humanitate, quam mihi a Te polliceor, hunc Te laborem æqui bonique æstimatorum, spero ac confido, tuæque censuræ me lubens submitto.

DISSEN-

DISSENSVS I.



**A**N inter personas, tantum, quæ  
 Leuiticorum XII. & XX.  
 nominantur, nuptiæ prohi-  
 beantur? non gradus, dubia  
 non minus quam ad lapsum  
 lubrica est quæstio. Si li-  
 mites obseruentur, affirmatiuæ stabimus, & sic in  
 Collegiis Jenensibus semper pronunciatum fuisse,  
 ex WESENBECIO *I. Consil. 23.* RICHTERO *Vol. 1. P.*  
*2. Conf. 2. n. 4.* L. B. de LYNCKERO *Resol. 409. &*  
*Decis. 1137.* nec non *Vol. 1. Resp. 6. &* Dn. WILD-  
 VOGELIO *Conf. 187. n. 5. & 191. n. 12.*, colligi po-  
 test, quibus adstipulantur Jcti Francofurtenses a-  
 pud COCCEIVM in *Jure Controv. sub tit. ad L. Jul.*  
*de adult. qu. 26.* Helmstadiensis apud RICHTERVM  
*Dec. 11. n. 28.* Facult. Juridica Hallensis, Kiloni-  
 ensis, & Rinthelensis apud Dn. de BERGER in *sup-*  
*plem. ad Elect. Proc. Matrim. p. 68. sequ.* E con-  
 tra prohibitionem illam etiam ad reliquas perso-  
 nas, quæ in æquali cum nominatis reperiuntur  
 sanguinis affinitatisque propinquitate, extendendam  
 esse,

esse, Jcti Virebergenſes apud HORNIVM *Class. 3. Reſp.*  
 7. & 8. WERNHER. *P. 3. O. 103.* nec non Lipſien-  
 ſes apud Dn. de BERGER in *El. Jurisprud. matrim.*  
*p. 53. & ſequ.* in pronunciando defendunt.

DISSENSVS II.

Matrimonium cum prædefunctæ uxoris ſore  
 eſt diſpenſabile, & hanc ſententiam in pronun-  
 ciando tenent Dnni Jcti Jenenſes apud L. B. de LYN-  
 CKER. *Reſol. 637.* & WILDVOGEL. *Reſp. 186.* Jcti  
 Francofurtenſes apud COCCEIVM in *Jure Controv.*  
*ſub Tit. ad L. Ful. de adult.* Rinthelēſes in ſpe-  
 ciali reſponſo, 1652. publici juris factō, nec non  
 Facultas Juridica Hallenſis apud STRYCKIVM; *De*  
*diſſenſu ſponſalitiō Sect. 5. §. 28.* ſed in contrarium  
 Scabini Lipſienſes apud BECHSTAD. in *Jure Con-*  
*nub. P. 2. c. 8. n. 16. qu. 5.* Jcti Altorfni apud  
 LINCK. in *Conſil. Altorf. Reſp. 80. in ſin.* nec non  
 Jcti Vireberg. apud Illuſtr. BERGERVM *Cent. 2.*  
*Conſ. 6.* & HORNIVM *Class. 3. Reſp. 7.* his verbis:  
 Demnach aber und dieweil von andern Theo-  
 logis und Jctis und zwar mit weit beſſern Grün-  
 den / wie dergleichen Heyrath mit des ver-  
 ſtorbenen Schweſter in Gottes Wort ver-  
 B  
 bothen/

bothen / sattsam erhärtet &c. responde-  
runt.

DISSENSVS III.

Nuptias cum prædefunctæ uxoris sororis fi-  
lia, accedente Principis dispensatione, contrahi  
posse, respondent Icti Jenenses apud RICHTERVM  
*Decif. 11. n. 13.* HIERON. BRUCKNER. in *Decif. Ma-  
trim. p. 238.* NÆVIUM in *Ehe-Rechte p. 330.* L. B.  
de LYNCKER. *Decif. 1137. & Respons. 6.* cum qui-  
bus conveniunt Scabini Lipsienles apud CARPZO-  
VIVM *P. IV. C. 23. d. 11.* Jcti Francofurtenses apud  
COCCEIVM in *Jure Controv. sub Tit. ad Legem Jul.  
de adulter. Qu. 26.* Jcti Helmstadienses apud RICHTER.  
*Decif. 11. n. 28.* Jcti Hallenses a. STRYCK. in  
*U. M. ff. sub Tit. de Ritu Nupt.* nec non Jcti Rin-  
thelenses & Kilonienses apud Per - Illustr. de BER-  
GER in *supplem. ad Elect. Proc. Matrimon. p. 68.*  
*sequ.* e contra matrimonium tale, ne quidem ac-  
cedente Principis dispensatione iniri posse, Facultas  
Juridica Lipsiensis a BEYER. *ad Carpz. Consistor. L.*  
*11. def. 99.* Dn. WERNHER in *Enunc. P. 11. E-  
nunc. 284.* & Dn. de BERGER in *Elect. Jurispr. Ma-  
trim.* nec non Jcti Vitebergenses, apud HORN. *Class.*  
*3. Resp.*

3. Resp. 8. & Classe 15. Resp. 53. BERGER in *Oecon. Jur. pag. 101.* & WERNHER. P. 3. *obs. 103.* defendunt.

DISSENSVS IV.

Præter adulterium & malitiosam desertionem alia graves & similes divortiendi a principe admitti possunt causæ, quam sententiam Jcti Jenenses apud RICHTERVV *Vol. 1. p. 5. Conf. 17. n. 19.* L. B. de LYNCKER. *Decis. 71. & 328.* & WILDVOGEL. *Resp. 195.*, nec non Jcti Francofurtenses apud COCCEIVM in *Jure Controv. sub Tit. de divort. qu. 5.* defendunt, licet Jcti Vitebergenses apud WERNHER. P. IV. *obs. 6. & Vol. VII. supplem. ad dict. observ. p. 454.* ibi: **Daß Klägers Suchen in Ansehung/das das libellirte factum weder pro adulterio, noch pro malitiosa desertione, also pro causa justa divortii totalis keines weges zu achten/nicht statt hat &c.** ex nulla alia, præter adulterium & malitiosam desertionem, causa divortium permittendum esse, statuunt.

DISSENSVS V.

Testamentum per procuratorem licet specialia mandato instructum, principi vel Judici offerri  
B 2
nequit,

nequit, quam sententiam in pronuntiando tenent  
 Dni Jcti Jenenses apud RICHTERVM *Decif.* 48. L.  
 B. de LYNCKER. *Resol.* 20. ibi: Allhier weil aber die  
 Testierer in solch ihr Testament anfänglich dem  
 Herrn Graffen selbst / der aber sie zur Regie-  
 rung verwiesen / und hierauf der Regierung  
 übergeben wollen / deren jedoch keines gesche-  
 hen / sondern sie darüber verstorben; So hat  
 man solche Verordnung weder pro testamento  
 principi oblato noch pro judicial. halten können/  
 nachdem dergleichen oblation oder Insinuation,  
 würcklich / und zwar in Person von den testa-  
 turo geschehen muß. quibus Jcti Viteb. apud  
 STRYCK. in *Caut. Testam.* c. 8. §. 33. & DN. WERN-  
 HER. in *Enunc. P. 1. Enunc.* 22. § 186. Francofur-  
 tentes apud BRVNNEMANN. *Cent. 2. Decif.* 63. &  
*Conf.* 27. n. 35. Scabini Lipsienses apud CARPZOV.  
 P. 3. C. 3. d. 23. Argentoratenses apud SCHILTE-  
 RVM *Consil. Argentorat.* 135. nec non Tubingenses  
 apud HARPRECHT *Vol. IV. Conf.* 54. adstipulantur.  
 In Camera tamen Imperiali, quoad Status Imperii  
 aliosque Immediatos, aliter observari, modo  
 procurator speciali ad hoc mandato sit instructus,  
 LAVTERBACHIVS in *Colleg. Theoret. Pract. sub. Tit.*

Qui



*Qui testam. fac. poss. §. 45. testatur. quam sententiam etiam Jcti Hallenses apud STRYCKIVM in Caut. Testam. c. 8. §. 38. Facultas Lipsiensis apud MENCKEN. in Theor. & Pr. ff. sub tit. de testam. §. 10. defendunt.*

DISSENSVS VI.

Dispositio L. 2. C. de rescindenda Vend. in transactione locum non invenit, & sic Dn. Jcti Jenenses apud L. B. de LYNCKER *Decis. 926.* & STRUV. *Decis. Sabbath. 35. c. 2.* Camera Imperialis apud GAIL. II. O. 70. MYNSING. *Cent. 1. obs. 33.* Jcti Vitebergenses apud Dn. de BERGER *P. 1. Resp. 101.* & WENHER. *P. IV. Obs. 63. & P. VI. obs. 474.* Facultas Lipsiensis apud MENCKEN. *in Theor. & Prax. ff. sub Tit. de Transact. §. 12.* nec non Jcti Altorfni apud LINCK. *Consil. Altorf. 67. n. 7. & 68. sentiunt.* e contra Scabini Lipsienses apud CARPZOV. *P. 2. Constit. 34. def. 1.* Jcti Francofurtenses apud KOEPPEN *Decis. 58. n. 5.* & STRYCKIVM *in Usu Mod. ff. sub. tit. de Transact. §. fin. & in Caut. Contract. S. III. c. 7. §. 21.* nec non Vitebergenses apud Dn. de BERGER *in Oecon. Jur. L. III. tit. 5. §. 18. n. 4.* & WERNHER. *p. 5. obs. 234.* remedi-

um tale etiam in transactione locum inuenire, statuunt, licet plerumque transactiones Judicialiter confirmatas excipiant apud CAPZOV. *P. 11. C. 34. def. 4.* WERNH. *P. 6. Obs. 474.* ibi: **Dieweil aber doch von diesen asserto die meisten Dd. die transactiones Judiciales vel in iudicio celebratas ausnehmen.**

DISSENSVS VII.

Dispositio L. 13. ff. Quod metus causa &c. & L. 7. C. unde vi, vi cuius is, qui rem propriam alteri aufert, dominium amittit, is vero, qui alienarum rerum possessionem invadit, non solum rem restituere, sed etiam ejus aestimationem prestare tenetur, adhuc hodie locum invenit; Et hanc sententiam in pronunciando servant Jēti Jenenses apud L. B. de LYNCKER *Resol. 500.* ibi: **Nicht zwar als sey diese Verordnung unter den legibus abrogatis, wie COVARRUVIAS *Lib. III. Resol. 16. n. 7.* GEORG. EVERH. *II. Conf. 7. n. 6.* PEREZ. *ad tit C. unde vi,* WISSENBACH *Disput. 58. th. 8.* und viele andere (auch gemeiniglich solche eigenmächtige abrogatores in mehrerem rigidis legibus Romanis zu thun pflegen) denn eines besfern**

fern unterrichtet uns HARPRECHT *ad* §. 1. *Inst. de*  
*vi bon. rapt. n. 4.* ANTON. MATTHAEI *ad Lib.*  
*XLVII. ff. Tit. 2. c. 1. n. 2.* auch MENOCHIVS *L.*  
*11. A. I. Q. n. 8.* nebst noch andern/ nimt auch  
 solche Constitutiones die Land: Ger. Ordnung  
 expresse tit. von strittiger possels an/ und wird  
 darauf in Camera Imperiali und Judicio Aulico  
 erkandt &c. cum quibus Camera Imperialis apud  
 L. B. de LYNCKER. *de Gravam. Extraj. C. 9. part.*  
*2. §. 45.* BLVM. in *supplic. Camer. tit. 18. n. 31.* Jcti  
 Vitebergenses apud Dn. de BERGER in *Oecon. Fur.*  
*L. III. tit. 9. §. 8. n. 2.* HORN. *Class. 9. Resp. 17. §*  
*20.* Jcti Francofurtenses apud BRVNNEM. *ad L. 13.*  
*ff. quod metus causs. § Cent. 1. Decis. 32.* Jcti  
 Gryphswald. in *Colleg. Theoret. Pract. sub Tit.*  
*Quod met. caussa &c. §. 29.* nec non Jcti Altorf-  
 ni apud LINCK *Consil. Altorf. 27. n. 15.* conveniunt.  
 Licet Scabini Lipsienses apud CARPZOVIUM *P. IV.*  
*Const. 35. d. 11.* Jcti Rostochienses, Marpurgentes  
 & Argentoratenses apud LAVTERBACHIVM in *Colle-*  
*gio Theoret. Pract. sub tit. Quod metus caussa &c.*  
*§. 29.* nec non Facultas Lipsienses apud BERGER. in  
*Oecon. Fur. L. III. tit. 9. §. 8.* & FINCKELTHVSIVM  
*Obs. Pract. 24,* harum legum dispositionem usu  
 amplius non servari, tradant.

DIS-

DISSENSVS IIX.

Judæus, cum christiano litigans, ad jusjurandum suppletorium, cum judæi, teste CHRISTIANO GERSON in *der Auslegung des Talmuds P. I. c. 25*, persuasi sint, sese absolutionem Juramentorum, christianis præstitorum, auf dem grossen **Versöhnungs-Tag** petere posse, non facile admittitur. & sic pronunciarunt Dn. Jcti Jenenses apud L. B. de LYNCRER *Decis. 7.* (licet iidem apud eundem *Decis. 251.*, circumstantiis ita suadentibus, Judæum ad hocce Juramentum admiserint), quibus adstipulantur Camera Imperialis apud Dn. de BERGER in *Resolutionibus ad Lauterb. p. 195.* & HARPRECHTVM *Vol. Nov. Part. 1. Conf. 11. n. 35.* Scabini Lipsienses apud CARPZOV. *P. 1. Constit. 23. d. 7.* Jcti Vitebergenses apud Dn. de BERGER in *Elect. Disc. for. p. 721. & in Resolut. p. 195.* Jcti Erfurtenfes, Altorfini & Giessenses apud STRYCK. in *Cautel. Juram. Cap. 1.* nec non Jcti Tubingenses apud HARPRECHT *Vol. Nov. P. 1. Conf. 11.* Sed Judæum ad hocce Jusjurandum admittendum esse, Camera Imperialis apud MYNSINGER *Cent. 5. Obs. 6.* Erfurtenfes & Helmstadienses apud BERGER. in *Elect.*



*Elect. Discept. for. p. 721.* Hallenses apud BERGER. l. c. & BOEHMER in *Jure Eccles. Protest. L. 2. tit. 24. §. 79.* nec non Jcti Rinthel. & Francofurtenses apud STRYCK. in *Cautel. Jurament. C. 1.* defendunt.

DISSENSVS IX.

Usuræ, licet particulariter solutæ, non currunt ultra alterum tantum, quam sententiam in pronuntiando servant Jcti Jenenses apud RICHTERVUM P. II. *Decis. 74. n. 85. sequ.* nec non L. B. de LYNCKER. *Decis. 1413.* his verbis: **Ob nun wohl Kläger / auf die tradition einiger Dd. als SVRDI III. Consil. 302. COTHMANN. II. Resp. 52. n. 260. seqq.** cum citatt. sich begeben wolte / als wenn der L. Io. C. de Usur. also ein Unterschied unter denen usuris, welche der creditor bis zu einer Summe des alterius tanti stehen läffet / und denjenigen / so er nach und nach / bis ad alterum tantum und darüber / bezahlt nimmt / gemacht wird; daß nehmlich nur bey denen ersten der creditor mit seiner Anforderung mehrerer Zinsen / denn des aufgelauffenen alterius tanti, abzuweisen / die particulariter solutæ usuræ aber über das alterum tantum lauffen könnten /

C

hin

hinwiederum in Übung und die Novelle 121. c. 38. & Nov. 138. und 160 / worinnen der Kayser Justinianus indistincte das alterum tantum geltend haben wollen / per consuetudinem zurück gesetzt seyn. Alldieweil aber diese doctrin keinen Beystand hat / zum wenigsten solche als universal nicht angenommen werden kan &c. e contra usuras, singulis annis solutas, ultra alterum tantum currere Camera Imperialis apud RÖDING. in *Pand. Camer. L. 1. tit. 20.* & MINDANVS de *Mandat. Jud. b. 2. c. 2. n. 6.* & c. 73. n. 27. nec non Jcti Lipsiensis, Vitebergensis & Francofurtensises apud RICHTER. *P. 11. Decif. 74. n. 90.* & Jcti Erfurtensises apud COCCEIVM in *Jure Controv. sub Tit. de Usuris qu. 6.* defendunt.

DISSENSVS X.

Sponsalia, sine cognatorum, affinium, tutorum & curatorum consensu contracta, secundum Jus commune dirimi non debent- & sic Jcti Jenenses apud RICHTERVM *Decif. 8. n. 106*, Scabini Lipsiensis apud CARPZOVIVM *Lib. II. Jurisprud. Confessor. D. 46.* Facult. Lipsiensis apud MENCKEN. in *Theor. & prax. ff. ad tit. de sponsal. §. 19.* Facultas

tas Hallensis apud STRYCKIVM in *U. M. ff. sub tit. de sponsal. §. 10.* Jcti Helmstadiensis apud STRYCKIVM *P. I. Consil. I. n. 75.* nec non Jcti Vitebergensis apud Dn. de BERGER in *Oec. Jur. p. 109.* ibi: **Demn obgleich sonst nach gemeinen Kayserlichen Rechten der curatorum Consensus bey Verzehligung ihrer Pflegbefohlnen nothwendig nicht erfordert wird &c. responderunt, licet Jcti Francofurtenses apud STRYCK. ad Brunnem. Jus Ecclesiasticum L. 11. c. 16.** nec non Jcti Lipsiensis, Altorfni, Vitebergensis imo & Jenenses, inprimis, si statuta loci in contrarium adsint, apud RICHTERVUM *Vol. II. Resp. 71. n. 18. seqq.* dissentiant.

DISSENSVS XI.

Is, contra quem documenta producuntur, illa non tantum quoad subscriptionem & sigillum, sed etiam quoad contenta regulariter recognoscere debet; & sic Jcti Jenenses apud L. B. de LYNCKER *Resol. 242. Dec. 364. & Decis. 677.* his verbis: **Die weil aber die recognitio qua talis nichtweniger auf die contenta, oder das ganze document, dem dieselbe einverleibet seynd / gericht werden muß / ut nempe ejus tenoris esse agnosca-**

gnoscatur, quem producens illud allegat L. 39. de pign. act. L. ult. C. plus valere &c. L. P. D. tit. 25. ibi: Wofür die Urkunden halten &c. inmassen auch der product alienam manum & sigillum zu recognosciren verbunden ist. H. Pist. O. 196. d. Tit. 25. ibi: Wann sie gleich nicht seine Hand und Siegel haben / so ist dem Bez. klagen &c. nec non apud WILDVOGELIVM *Responsio* 74. n. 7. pronunciarunt, quibus Jcti Lipsiensis apud BARTHIVM in *Hodog. For. c. 3. §. 6.* SWENDENDÖRFFER. *ad Fibig. P. 1. c. 2. m. 3. §. 16. n. 354.* & RIVINVM in *Enunc. ad Proc. Tit. 7. Enunc. 71.* nec non Jcti Viteb. apud BARTH. in *Hodog. for. c. 3. §. 6.* & Dn. WERNHER. *P. 3. obs. 229.* adstipulantur, licet alii, ut Jcti Hallenses apud BARTHIVM *c. 3. §. 6.* imo & Lipsiensis apud L. B. de LYNCKER *Decis. 3. MARTIN. in Analect. ad Proc. Tit. 25. §. 2. n. 17.* & RIVIN. in *Enunc. ad Proc. tit. 25. Enunc. 25.* nec non Vitebergenses apud BERGER. in *supplem. 11. ad Elect. Disc. for. pag. 543.* & WERNHER. in *Enunc. for. pag. 1. Enunc. 69.* productum, si producens sublesta sit fidei & sufficientia falsi adsint indicia, ad diffessionem particularem, nimirum contentorum, admittunt.

DIS-





DISSENSVS XII.

Vulnerans aliquem gladio vel bombardā ;  
 qui statim in terram cadit , & e vestigio moritur ,  
 pœna homicidii ordinaria, neglecta vel non rite fa-  
 cta cadaveris inspectiōne, non afficitur. Et sic Jcti  
 Jenenses nec non Gryphswaldenses apud RICHTER.  
*V. II. Respons. 55. n. 37. & 38.* pronunciarunt, qui-  
 bus Scabini Lipsiensis apud CARPZOV. *P. 1. Prax.*  
*Rev. Crimin. qu. 26. n. 46.* Scabini Hallenses apud  
 THOMASIVM in *denen vernünftigen und Christ-  
 lichen Gedanken P. II. pag. 733.* accedunt ; e  
 contra affirmativam Scabini Lipsiensis apud Dn.  
 de BERGER in *Elect. Jurisprud. Crimin. p. 96. &*  
*268,* Jcti Vitebergenses apud HORN. *Classe XV.*  
*sent. 40.* Dn. de BERGER *l. c. p. 272. & Obs. 100. &*  
 THOMASIVM *lib. cit. cap. 1. p. 723.* Jcti Francofur-  
 tentes apud STRYCKIVM *de Jure sensuum disput. 1.*  
*c. 3. n. 25,* nec non Facultas Juridica Hallensis a-  
 pud LVDVIC. in *not. ad art. 148. Const. Crimin.*  
 & THOMASIVM *l. cit. part. 2. p. 742.* in pro-  
 nunciando tenent.

T A N T V M.

C 3

Dum

**D**Vm sperant alii messem, Tu carpere fructus  
Incipis ingenii, Vir œcelebrate, Tui.

*In honorem Nobilissimi, consultissimique DN.  
Doctorandi, Fautoris & Amici summa-  
tissimi*

*Scribebat. Fene d. 28.*

*Julii 1729.*

P. DUV. Dr.

**S**ic adeo in Themidis sanctum penetrare theatrum,  
Sollicita solers dexteritate studes,  
Ingenii vt possis docti conamine cunctis  
Monstrare egregio, quæ Tibi sacra patent.  
Gratulor, exornent mox debita pilea frontem,  
Quo possis studii præmia ferre Tui.

*Hisce paucis, Nobilissimo atque Consultis-  
simo Domino Doctorando, benevolentiam  
suam testari, & insimul de summis in  
utroque jure honoribus, rite obtinendis,  
animatus gratulari voluit,*

J. G. BRENDEL, J. U. D.  
opponens.

Dein

Ein Fleis/ Kunst/ Wissenschaft/ und de-  
ren Frucht/ die Ehre  
Macht / weil ich/ WERTHEN/ Dir durch  
Freundschaft zugehöre/

Daß ich Vergnügungs- voll/ daß sich mein  
Kiel bewegt/  
Und Dir in einem Wunsch mein Herz vor  
Augen legt.

Die Weisheit war Dir hold / Du Schmuck  
der Musen-Söhne/  
Sie hielte Dich vor werth daß Dich ihr Lor-  
beer cröne;

Doch solten dies vor sie / Isräens Hände  
thun/

Durch diese solt ein Kranz auf Deinem  
Haupte ruhn.

Wie schön wird der gecrönt / bey dem sich Tu-  
gend findet/

Ben dem sich Würd und Ehr auf tieffes Wis-  
sen gründet!

Wie schön ist es bey Dir! es machet Schrift  
und Mund/

Daß Du Belohnens- werth / nach aller  
Beyfall/ kund.

So

So lebe dann vergnügt / das Glücke steh zur  
 Seiten/  
 Und helffe täglich Dir mehr Ehr und Wohl  
 bereiten!

Ja / ja / es hat vor Dich schon Myrthen  
 in der Hand /  
 Und Deines Fleisses Lohn / ein zartes Lie-  
 bes-Band.

G. W. Frieße,  
 Acad. Secret.

**D**uß Du Gelehrter Freund vollkommen wohl studiret,  
 Und mehr ein schönes Buch als sonst was geliebt,  
 Davon zeugt diese Schrift so iceden überführet,  
 Und unser Saal-Athen so Dir ein Kleinod giebt,  
 So billig nur vor Die so es verdient, gehdret,  
 Geh' liefre es geschwind dem Vaterlande ein.  
 So kan das werthe Kind, so Dich als Bräutigam ehret,  
 Die Eltern und Du selbst mit Recht vergnüget seyn.

Hiernit wolte sich den zukünftigen Herrn Li-  
 centiario noch zu guter Letzt recommendiren

J. C. G. KRUMBHOLTZ, L.L.C.  
 Sonderseh. Suartzb. Oppon.

**T**E mox a teneris didicisse fideliter artes,  
Non est, quod mereat, me referente, fidem:  
TE quoque sectatum fundamina juris & æqui,  
Non est, quod verbis testibus ipse probem.  
Testatur specimen, quod nunc spectabile reddis  
Præside sub claro. Perge, ita clarus eris,

*Nobilissimo & clarissimo Domino Candidato  
de hoc doctissimo specimine ex animo gra-  
tularus, faustaque quævis apprecatus hæc  
scribebas.*

ERNESTVS GVILIELMVS ROUX;  
L. L. C. opponens.

Madrigal.

**D**em Fleiß und der Geschicklichkeit  
Wird nimmermehr der wahre Werth entwandt.  
HERM WISEN-HERMERS Tapfferkeit  
Zeigt öffentlich, wie nah sie Ihm verwandt:  
Ja unser Saal-Athen  
Reicht Ihm mit Ruhm jest den Gelehrten-Orden  
Dadurch ist Er vor andern glücklich worden.  
Sein Glück will weiter gehn,  
Er darff zwey Weiber nehmen,  
Die Ehr, als Tochter der Gelehrsamkeit,

D

Und

Und an dem Mayn hat er sich nicht zu schämen,  
 Wenn Ihm die andere wird zugesellt.  
 Daselbst genießet Er gar reiche Anmuths-Proben  
 So Sie sich nur zu Seiner Seite stellt.  
 Wer ist, der nicht mit mir das Glück wollt loben?

Diese wenige Zeilen sollte dem Herrn Licentia-  
 to seinem Hochgeehrtesten Gönner und  
 werthgeschätzten Conterraneo seiner Schul-  
 digkeit gemäß hinzu setzen

Friedrich Adam Segnitz / Phil. Stud.  
 Suevofordio - Francus.

**W**er Tugend und Verstand zu seiner Lösung wehlet,  
 Bey deme findet sich das Glück häufig ein;  
 Drum wirst auch Du, mein Freund! den Doctorn zugezehlet.  
 Die Themis spricht: Du mußt Licentiate seyn.  
 Mit diesem Ehren-Erang kanst Du nach Schweinfurth gehen,  
 Allwo man sich bereits die süße Hoffnung macht,  
 In solcher Würde Dich fein schleimig zu ersehen,  
 Und wo des Gottes Schluß was schönes zudedacht.

Mit diesem wolte seine Schuldigkeit bezeigen, des  
 Herrn Licentiaten ergebenster Diener

GVST. FRID. ERCKERT, L. L. St.  
 Sommerhusa-Francus.

P. 369









Jena, Diss., 1729


X 239 7903


VD 18

ULB Halle  
007 508 271

3







1729,24

6.  
26

DISSERTATIO INAUGURALIS IVRIDICA  
SISTENS

**QVOSDAM COLLEGIO.  
RVM IVRIDICORVM NOTA-  
BILES DISSENSVS**

*Quam*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE, AC DOMINO,  
DOMINO

**GVILIELMO HENRICO,**  
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, AN-  
GARIAE, WESTPHALIAE, RELIQA,

PRAESIDE

**DN. JO. CHRIST. SCHROETERO**  
DOCTORE JVRIVM, ET PROFESSORE PVBLICO, CVRIAE  
PROVINCIALIS ATQVE SCABINATVS, NEC NON  
FACVLTATIS JVRIDICAE ADSESSORE

*PATRONO ET PROMOTORE SVO DEVENERANDO*

**PRO LICENTIA**

PVBLICAE CENSURAE SVBMITTIT

**PAVL. ADAM. VLSSENHEIMER.**  
FRANCO - MARCKEIMERSHEIMENSIS.

—  
*DIE XXX. IVLII M DCC XXIX.*  
LOCO, HORISQVE ANTE ET POST MERIDIEM  
CONSVETIS

—  
JENAE EX OFFICINA MVLLERIANA.